Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 51

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 107.

Cod. LI. 1.

Chartac. Folior. 144 et 15. 415.

fac. phil. Vienne

C. Plinii Secundi Lib. primus Histor. Natur.

2a – 40b

C. Plinii Secundi Liber primus Historiæ naturalis.

Procedit testimonium, quod exhibet de Plinio Suetonius Tranquillus, in libro de viris illustribus, quodve incipit: "Plinius Secundus Novocomensis, equestribus militiis industrie functus." ch. Sed in Ms. nostro mutilum est, desunt enim prima verba: Plinius Secundus; et Novocomensis loco legitur: Novem menses. Verum hanc vocem /: Novocomensis :/ in veris Codicibus abesse, et abesse debere, affirmat Harduinus in editione Plinii, Paris. 1741. Fol. in Prolat. ad Lectorem Tom. I. De Authentia hujus Testimonii vide C. Suetonius Tranquillus, edit. cur. P. Burmanno, Amstel. 1736. 4. Tomo 2. p. 409. in notis; maxime autem /: paucis exceptis :/ consentaneum Codici nostro exhibetur in editione Plinii Hagenoana, 1518. Fol. p. III. Postea sequitur Prooemium, seu Plinii Epistola dedicatoria ad Vespasianum, cujus initium: "Libros naturalis historiæ" ch. Jam ipse operis Liber primus, qui continet Elenchum materiarum in reliquis numero triginta sex libris comprehensarum, nec non nomina Auctorum, quorum hac historia testimoniis nititur. Instituta Collatio me docuit, Ms. nostrum a tribus supra memoratis editionibus multoties, maxime autem in Elencho libri XXII. discrepare.

De Plinio Secundo, seniore vid. Fabric. Bibl. latin. T. I. lib. 2. c. 19. p. 477.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 51

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 108.

M. T. Ciceronis Orationes IV. in Catilinam.

41a–60a

2.

M. T. Ciceronis Orationes quatuor in Catilinam, in quarum Calce legitur: "Explicit liber quartus „ invectivarum." — Quatuor a Cicerone habitas esse in L. Catilinam Orationes notum est; primam in Senatu; secundam ad Quirites; tertiam ad populum, seu iterum ad Quirites; et quartam denuo in Senatu. Inter ejus opera Cura Jos. Oliveti edita referuntur Tom. 5. p. 195 et Segg.

Platonis Timaeus.

61a–84b

3.

Platonis Timaeus, seu liber de natura, a Chalcidio e graeco in latinum translatus, et ditoque Comentario illustratus, ac Osio seu Hosio Cordubensi Episcopo dedicatus. Alicna Manus in superiori margine sequentia adjecit: „ Siquidem Osius papa librum Platonis, qui trun „ cus in greco dicitur, inspexerat, in quo cum „ plura de divinis operibus subtiliter disputata „ vidisset, quae quidem consona fidei catholicae „ videbantur, rogavit Calcidium archidiaconum, „ quem in utroque idiomate perfecte noverat „ instructum, quatenus opus hoc platonicum „ de graeco in latinum traduceret. Cujus petitio „ oni morem gerens Calcidius partem quam hic „ habemus, transtulit, et etiam in eam comen. „ tum edidit. Scripsit hanc epistolam ad Osium „ qua a se presumptionis rationem removere in „ tendit. dicens propriam scientiam non sufficere

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 51

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 109.

„ad hujus operis translationem, nisi quod amicitia
„Osii, cui de se in hac petitione tenebatur maxi
„me obedire, difficultatem laboris injuncti ad fa
„cilitatem redigeret. Quod autem amicitia diffi
„cilia ad facilitatem possit redigere, probat exem
„plo sumpto a virtute. quia virtus hoc potest, ergo et
„amicitia. Sed quod virtus hoc possit auctoritate
„Ysocratis philosophi probat. et ab hoc incipit di
„cens Ysocrates." Huc usque Anonymus. Sequitur
jam ipsa Calcidii ad Osium epistola hujus tenoris.
„Osio suo Calcidius. Ysocrates in exortacionibus
„suis virtutem laudans. cum omnium bonorum
„totiusque prosperitatis consistere causam penes
„eam diceret. addidit solam eam esse. que res
„impossibiles redigeret ad possibilem facilitatem.
„preclare! Quid enim generosam magnanimitatem
„vel aggredi pigeat. vel ceptum fatiget. ut languam
„victa difficultatibus se temperet a labore?
„Eadem enim opinor vis amicicie. parque impos.
„sibilium pene rerum extricacio. Cum alter ea amicis
„jubendi religione. alter parendi voto complaciti operis
„aminiculetur effectui. Concepera animo florentio
„nibus studiis humanitatis excellentique ingenio suo
„condignam spem perventuri operis intemptati ad hoc
„tempus. ejusque usum a grecis lacio statuerat muta
„andum. Et quamquam ipse hoc tum facilius tum
„comodius facere posses. credo propter admirabilem
„verecundiam ei potius voluerit injungere. quem
„te esse alterum judicaret. possemne ore te. quamvis
„res esset ardua. tanto honore habito de quo ita sensi
„rat. injunctum excusare munus. Et qui nunquam
„ne in solemnibus quidem et usitatis voluntatibus
„ullum officium recusassem. huic tanto tamque
„honesto desiderio contradicere? in quo declinacio spe
„ciosi muneris excusacione ignorancie callida esset
„scientia futura dissimulacio. Itaque parui. cer
„tus non sine divino instinctu id mihi a te munus
„injungi. propterea que alacriore mente speque
„confirmaciore primas partes timei platonis aggre
„sus. non solum transtuli. Sed etiam partis ejusdem

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 51

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 110.

„Comentarium fecit. putant recondite rei Simulacrum
„sine interpretationis explicatione aliquanto obscurius
„ipso exemplo futurum. Causa vero in partes dividen
„di libri operis prolixitas fuit. Simul quia audius
„videbatur esse si tanquam libamen aliquod ad degustan
„dum auribus atque animo tuo mitterem. quod dum non
„displicuisse rescriberetur. faceret audendi majora
„fiduciam".

Hoc satis clare erroris arguunt Adrianum, qui in Athenaeo Ligustico fol. 68. Augustinum Justinianum Chalcidii Comentaria in Timaeum Platonis interpretatum fuisse scribit.

Finita Epistola incipit Platonis Timaeus his verbis: "Unus, duo, tres" etc. et progreditur usque ad verba: "in eo Igualore ac deformitate "que apparet". Mutilus ergo est codex noster; quod vero et quanta ei desint Comentaria, asserere nequeo, carens Chalcidiana versionis editione. Integrum hoc opus Chalcidii manuscriptum pluribus in Bibliothecis asservari, testatur Montfaucon in Bibliogth. Bibliothecarum.

De Platone ejusque scriptis vid. Fabric. Bibl. Graec. lib. 3. c. 1. pag. 2 seqq.

De Chalcidio idem Fabric. fuse agit Bibl. Lat. T. 2. p. 64. Consuli etiam possunt. Opera Platonis, interp. Marsilio Ficino, Lugd. 1588. Fol. pag. 456. Cave de Script. Eccles. p. 125. Ger Vossius T. 3. de Idolol. p. 203. col 1. Mich. a S. Jos. Bibl. Crit. T. 3. p. 480 seq.

Praestantissima denique hujus operis editio Cave audit, quae ao 1617. 8. Lugd. Batav. prodiit cum doctissimis Jo. Meursii notis, quae voluminis Jealo Operum Meursii I. Florent. 1745. Fol. pag. 265. et seq. inserta sunt.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 51

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 111.

C. S. Apollina ris Sidonii Libri IX. Epistolarum.

4.

Caji Solii Apollinaris Sidonii Epistolarum Libri IX.

In fronte legitur titulus: "Gaij Solij Sydonii Appolina ris Episcopi beati Epistole". Typis eas vulgarunt, no tisque illustrarunt Petrus Colvius, Jo. Savaronius, et Jac. Sirmondus, cujus in Operibus T. Paris. 1696. Tolij ex. stant T. I. col. 897. Variantes plures defecti lectio nes, illudque memoratu dignum, Codicem nostrum plerumque convenire cum variantibus, in margine a Sirmondo notatis. Caret autem codex noster multis, presertim a libro VII Epistolis, et finitur libri IX. Epi stola 6ta, quo incipit: "Viguit pro dilectissimo nostro" et. "Ad calcem hoc adduntur: "Amen. finitum per fratrem "M. Ebner de Sglaria". Liber iste Epistolarum "beati Sydonii Episcopi Clarimont. Arvernis in magna "admodum est auctoritate atque delectatione intelli. "gentium lectorum adeo, ut in patrio Arvernye sanguam "dicum sermone proverbium istud dicatur Nihil novit "qui Sydonium non novit. Vernat siquidem totus ver "borum floribus. Sermonum ornatibus. Pollet nihilo "minus totus verborum pondere. Sensuum gravitate. "Porro etiam inter hoc omnia placet graviter horum "omnium observata proprietate. quod acutus lector "atque exercitatus diligenter considerans magis nam "T. quam. T. Simplex et ydiota intelliget Tu autem "pie Jesu miserere nobis." Post hoc sequitur Frag. mentum vite Sidonii, quod incipit: "Sanctus Sydoni us tante facundie erat", quodve desumtum ex S. Gregorii Ep. Turonensis historia Francorum, quam vide in Biblioth. max. vet. Pat. Lugd. 1677. T. XI. cap. 22. pag 721.

C. S. Apollinaris Sidonius, Lugduni circa A. C. 430. natus, tam genere quam religione et doctrina cla rus, Prefecti Urbis, Patricii ac Senatoris dignita te auctus, tandem in demortui Sparchii Arvernensi um Episcopi locum subrogatus, ad 472. obiit ao 482. Sirmondus l. cit. Genadius de viris illustr. c. 92.

f. 128 v

f. 129 sq.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 51

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 112.

Vossius de Poëtis Lat. Mich. a. S. Jos. Biblioth. Brit. T. 4. p. 204. Fabric. Bibl. m. et inf. Lat. T. VI. p. 168.

Cod. LII.

Chartac. Fol. Sec. 15.

N. 16.

P. Terentii Comoedia.

P. Terentii Comoedia sex, perpetuo Comentario illustrata; integro quoque sunt, ac eodem ordine, quo eas edidit Westerhovius, Hagae-Comitum, 1726. 4. nempe: Andria, Eunuchus, Heautontimorumenos, Adelphi, Hecyra, et Phormio. Sed quis Comentator? hic Rhodus, hic Salta! Non Donatus Grammaticus, nam pagina 2da Eunuchi, voce Argumentis nominatim adducitur: sicut dicit Donatus. Non Calphurnius; hic enim in Heauton. in illud: cui partes Seni Poeta dederit, ita comentatur: Per senem se ipsum intelligit, quia jam senio fit confectus; noster autem Calliopium designari putat: quia, inquit, recitator Calliopius erat Senex &c. Ergo Eugraphius? de quo in edit Westerhovii T. I. p. 218. in nota 17. sic legitur: "Eugraphius medii ævi "grammaticus Calliopium fecit recitatorem Terentii "dite"; id quod cum Comentatore nostro quam maxime convenit, siquidem pag I. dicit: "Notandum tamen, quod iste Therentius volens fabulas suas favorabilius a Romanis recipi, recitabat eas per quendam nobilem Romanum Calliopium." Et in fine Andriæ comentatur: "Completa

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 51

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1744

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)